

cipui alicuius numinis fulciantur præsidio,
& ardua me suscepisse prouinciã, imparẽmq;
meis viribus, qui Aquilam illam in sublimi
volantem, & in naturæ diuinę mysterijs, velut
in densissima, hominumque oculis minime
peruia nube sese subinde condẽtem, consequi
tẽtarem, præcipue implumis, & obtusa oculo
rum acie. ideoque mihi plane metuendum esse
videbam casum illum Icarĩ, aut aliquid etiam
eo grauius. Breuiter, animum despondebam,
& tanquam in medio cursu deficiebam, infir-
mitatis meæ mihi probe conscius, nisi vnus
interuenisses, & iuxta Græcorum prouerbiũ,
ἕως ἄρα τῶν ἐκ μυχῶν ἐκίχησιν, animũ addidisses.
Nam quã ante quatuor annos ad salurãdum
amplissimam tuam dignitatẽ Argilium vsq;
contendissem, ibi que de literis, hoc est de ñs
rebus colloqueremur, (quarum te semper
amantissimum cognoueram) expromo tibi
eos ipsos in Ioannem Commentarios, quos
tunc fortẽ mecum habebam penẽ quidem ab-
solutos, sed tamen rudes adhuc, & omnino
neglectos, vt quos ipse iudicarem digniores
esse qui cum tineis & blattis in situ rixaren-
tur ac tenebris, quã vt aliquando venirent
in lucem, & eruditorum conspectum. Eos ta-
men quum solita tua humanitate excepisses,
& per aliquot dies cupide legisset, non pau-
cõsque locos abstrusiores diligenter exami-
nasset, atque contulisset adhibitis ad id nego-
tĩ non modo vocalibus (quorum nunquam
non habes copiam) sed etiam mutis illis tuis
docto